

16.

*König Heinrich V. bestätigt den Kaufleuten von Halberstadt die Privilegien seiner Vorfahren. —
Intervenient: Graf Hermann. Goslar, 1108 Mai 17.*

Hdschr.: Or. Perg. Stadtarchiv Halberstadt. S. = Breßlau, Heinrich V. 1.

Gedr.: Stumpf, Acta imperii 92. Stumpf 3028.

Anm.: Vergl. Posse, Markgrafen von Meissen 266 Anm. 172 und Cod. Sax. I. 1, 142.

5

(C.) : In nomine sancte et individue trinitatis. Henricus divina favente clementia rex.: — — Cuius (episcopi Halverstadensis) honestę petitioni ob nostrę animę parentum-
que nostrorum remedium et per interventum Friderici Coloniensis archiepiscopi ceterorum-
que scilicet Adelgoti Magabvrgensis archiepiscopi, Bvrchardi Monasteriensis, Godescalci 10
Mindensis fidelium episcoporum nostrorum, Liutherii quoque ducis Bardangorum atque
Friderici palatini comitis ac Herimanni comitis et Rodulfi marchionis atque obiuge ac de-
votum prenominati Halverstadensis episcopi servitium consentire decernentes regia muni-
ficentia predictis Halverstadensibus negociatoribus iura atque privilegia ab antecessoribus
nostris sibi concessa denuo renovavimus atque confirmavimus. — — 15

: Signum domni Henrici regis invic(M.) tissimi. :

: Albertus cancellarius vice Rothardi Maguntini archiepiscopi et archicancellarii re-
cognovi.: (SJFR.)

Data XVI. kal. iunii, indictione I, anno dominicę incarnationis millesimo CVIII,
regni Henrico quinto rege Romanorum anno III, ordinationis eius VIII; actum est Goslarię; 20
in Christi nomine feliciter amen.

17.

*König Heinrich V. eignet der Stiftskirche zu Meissen 9 Hufen, 6 im Burgwart und im Dorfe
Treben, 3 im Dorfe Corbetha unweit des Saleflusses gelegen. Merseburg, 1108 Mai 30.*

*Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 41. S. zerbrochen. Weder bei Heffner, Kaisersiegel abgebildet, 25
noch von Breßlau verzeichnet.*

Gedr.: Cod. dipl. Sax. reg. II. 1,46. Stumpf 3029.

(C.) : In nomine sanctę et individue trinitatis. Henricus divina favente clementia
quintus Romanorum rex.: Notum fieri volumus omnibus Christi nostrique fidelibus tam
futuri temporis quam presentis, qualiter nos causa dei ob remedium animę nostrę nostro- 30
rumque parentum rogatu et consilio archiepiscoporum Frederici Coloniensis, Brvnonis, Tre-
uerensis, Adalgoz Madeburgensis, episcoporum Albvini Mersburgensis, Ottonis Bauem-
bergensis, Bvrchardi Monasteriensis, Lvtherii ducis, comitum Otthonis, Rodvlfii, Wiberti
aliorumque multorum nostrorum fidelium et precipue digna petitione Hervici Missinensis
episcopi nostri dilecti fidelis novem mansos, sex in burchwardo et in villa, quę dicitur 35
Tribene, tres autem in villa, quę nominatur Chrowati, iuxta flumen Sala Missinensi^a)
ęcclesię in proprietatem dedimus — —

: Signum domni Henrici quinti Romanorum regis invictissimi.: (M.) (SJFR.)

: Albertus cancellarius vice Rotardi Maguntini archiepiscopi recognovit.:

17. a) corr. aus misunensi.